(M.M. ♪ = 160.)
Comm. 8. (sol-do)




### Postcommunio.

SAcraménta quae súmpsimus, quaésumus Dómine: et spirituálibus nos instáurent aliméntis; et corporálibus tueántur auxíliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

2. *de S. Maria*, 706. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 251.

## AD VESPERAS.

*Ant.* Allelúia. *Ps.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica*, 218.

### Capitulum. *1. Petr. 2. c.*

CAríssimi: Obsecro vos tamquam ádvenas et peregrínos, † abstinére vos a carnálibus desidériis, * quae militant advérsus ánimam.

*Hymnus.* Ad régias Agni dápes. 698, *vel* 700. ℣. Máne nobíscum. 702.

Ad Magnif. Ant. 8. G (sol-do)




*Cant.* Magníficat. 8. G. 204. — *Oratio.* Deus, qui errántibus. 707.
*Commemoratio de Cruce*, 223.



# Dominica IV. post Pascha.

## AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)
Intr. 6. (fa-la)




### Oratio.

DEus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis: † da pópulis tuis id amáre quod praécipis, id desideráre quod promíttis; * ut inter mundánas varietátes, ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum.

2. *de S. Maria*, 703. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 247.

### Lectio Epistolae beati Jacobi Apostoli. *Jac. 1. c.*

CArissimi: Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio, nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntárie enim génuit nos verbo veritátis, ut simus inítium áliquod creatúrae ejus. Scitis, fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum: tardus autem ad loquéndum, et tardus ad iram. Ira enim

viri, justítiam Dei non operátur. Propter quod abjiciéntes omnem immundítiam, et abundántiam malítiae, in mansuetúdine suscípite insitum verbum, quod potest salváre ánimas vestras.












✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Joann. 16.*

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vado ad eum qui misit me: et nemo ex vobis intérrogat me: Quo vadis? Sed quia haec locútus sum vobis, tristítia implévit cor vestrum. Sed ego veritátem dico vobis: éxpedit vobis ut ego vadam: si enim non abíero, Paráclitus non véniet ad vos: si autem abíero, mittam eum ad vos. Et cum vénerit ille, árguet mundum de peccáto, et de justítia, et de judício. De peccáto quidem, quia non credidérunt in me: de justítia vero, quia ad Patrem vado, et jam non vidébitis me: de judício autem, quia princeps hujus mundi jam judicátus est. Adhuc multa hábeo vobis dícere: sed non potéstis portáre modo. Cum autem vénerit ille Spíritus veritátis, docébit vos omnem veritátem. Non enim loquétur a semetípso: sed quaecúmque áudiet, loquétur, et quae ventúra sunt, annuntiábit vobis. Ille me clarificábit: quia de meo accípiet, et annuntiábit vobis.

Credo.

*Offertorium.* Jubiláte Déo. 387.

Secreta.

Deus, qui nos per hujus sacrifícii veneránda commércia, uníus summae divinitátis partícipes effecísti: praesta, quaésumus; ut, sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria*, 705. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 250.






### Postcommunio.

Adésto nobis, Dómine Deus noster : ut per haec, quae fidéliter súmpsimus, et purgémur a vítiis, et a perículis ómnibus eruámur. Per Dóminum.

2. *de S. Maria*, 706. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 251.

### AD VESPERAS.

*Ant.* Allelúia. *Ps.* Dixit Dóminus. *cum reliquis de Dominica*, 218.

**Capitulum.** *Jac. 1. c.*

Caríssimi : Omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, † apud quem non est transmutátio, * nec vicissitúdinis obumbrátio.

*Hymnus.* Ad régias Agni dápes. 698, *vel* 700. ℣. Máne nobíscum. 702

Ad Magnif. Ant. 2. D (*ré-fa*)




*Cant.* Magníficat. 2. D. 200. — *Oratio.* Deus, qui fidélium. 711.

*Commemoratio de Cruce*, 228.

---



# Dominica V. post Pascha.

## AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 3. (*mi-do*)




### Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procédunt, largíre supplícibus tuis : * ut cogitémus te inspiránte quae recta sunt; * et te gubernánte, éadem faciámus. Per Dóminum nostrum.

2. *de S. Maria*, 703. — 3. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 247.